

Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Huswedelius, Phil. pr. Prof. Ad Exequias Quas Honestae Virgini Catharinae Heinichiae haeredes paratas cupiunt, Omnes Academiae Cives ... invitat

Rostochi[i]: Kilius, 1639

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn771248253>

Druck Freier  Zugang



Huswedel, J.,
in C. Heinich.

Rost. 1639.

24

RECTOR

Universitatis Rostochiensis,

JOHANNES HUS-
WEDELIUS, Phil. pr. Prof.


AD EXEQUIAS

Quas

HONESTÆ VIRGINI

CATHARINÆ
HEINICHIAE hæredes
paratas cupiunt,

*Omnes Academia Civés hora prima ad Templum
Jacobæum, ubi conventus fiet, studio
invitat.*




ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Acad: Typogr

Anno M DC XXXIX.

RECTOR
JOHANNES HILS
WELLES
HOLZ
CATHARINA
HEINRICH
OFFICE
GROSS
UNIVERSITÄT
ROSTOCK
1710





815
Quod mater illa, duorum
juvenum Argivorum, apud
Herodot. Sacerdos Junonis,
Deos precata est, ut suis fi-
liis, pietate erga matrem,
eximiis, quod homini o-
ptimum dari posset, id dare vellent, quodq;
illa inpetravit; idem videtur optimi parentes
hujus nostrae beatè ac feliciter defunctae CA-
THARINÆ HEINICHIAE, à vero Deo
Patre Dn. & Servatoris nostri JESU CHI-
STI piis precibus, antequam ex hac vita disce-
derent, contendisse, & proximo die 6. hujus
mensis Januarii feliciter inpetrasse. Quod itz
se habere sequens docebit narratio. Nata est
hæc Virgo nostra CATHARINA Anno
millesimo sexcentesimo duodecimo, diez No-
vembr. ex parentibus pijs & honestis. Pater
enim ei fuit CHRISTOPHORUS HEI-
NICHIVS, Vir eruditiss. Doctor Medicinæ
utriusq; & Hippocraticæ & Paracelsicæ peritiss.

Q 2

li.

819
sumus, Academiae & ordinis nostri, quādam
vixit (vixit autem ad annos octoginta septem)
decus & ornamentum eximium. Mater CA-
THARINA Barnstorffes / mulier piissima
& honestissima. Avus Paternus memoratur
BARTHOLDUS Helmich / civis hujus urbis
bonus, vir integerrimus. Avia paterna BAR-
BARA Spiessen / matrona lectissima, ex Misnia
oppido Swibsen oriundi. Avus maternus,
vir praestantissimus CARSTEN Barnstorff /
avia materna, matrona nobilissima CATHA-
RINA von Ahnen / ex antiquissima prosapia
Rugianae Nobilitatis. Caeteros majores, qui
ex materna linea fuerunt nobilissimi, ex pater-
na etiam honestissimi, educere, neq; tempus pa-
titur, neq; necessitas rei postulat. Ab dictis
ergo parentibus haec nostra CATHARINA in
hanc lucem edita, per Sacramentum Baptismi
Ecclesiae Christi in feta & ad vitam aeternam,
renata est; Successit autem educatio diligens
quidem & accurata nutritio, nec in infantili
aetate ullus ad valetudinem vel animi vel cor-
poris integram defectus deprehendi potuit:
Crescentibus tamen annis non nihil defuisse
res ipsa ostendit. Preciosissimum est beni-
gni-

gnitatis divinæ donum, Integra sanitas animi
& corporis, quam à DEO precibus inpetran-
dam esse cum Poeta dixerit, ab homine fru-
stra exspectari, & pro divino munere haben-
dam innuere voluit. Est apud Philoloph. in
Ethic. ad Nicom. Epigramma Deliacum, in
quo τὸ ὑγιαίνειν, λῶσον perhibetur, Rectè valere,
Optimum, apud Platon. vero in Gorgia Sym-
posiaci cujusdam Scolij, sive cantionis mentio
fit, ὅτι ὑγιαίνειν μὲν ἄριστον ἐστὶ, τὸ δὲ δεύτερον καλὸν γενέσθαι
τρίτον δὲ τὸ πλεῖστον ἀδολως. Optimam rem esse
prosperam valetudinem, Secundam vero cor-
poris formam egregiam, Tertiam, divitias
nulla fraude quaesitas. Ad hujus rei perfe-
ctionē, cum non nihil desiderari animadvertent
solliciti parentes, idq; eo magis, quo ma-
gis tenella adolueret, pater quidem nihil suæ
artis & operæ, ad emendandum non adhibuit,
nec matri cura conveniens defuit, verum suc-
cessus labori satis non respondit. Nullum,
ergo dubium est, quius pius pater filiam divinæ
curæ commiserit, præsertim ex hac vita disces-
surus, quod factum est ante annos decem &
menses aliquot: à matre vero idem summa
solicitudine factum scimus, & alias, & in pri-
mis

629
mis, cum fato suo proxima, ferè majorem filia,
quam sui ipsius, curam ageret. Ea ergo cum
hinc ad beatam societatem alterius vitæ mi-
graret Anno trigesimo quinto, vixit, hæc no-
stra, jam piè defuncta, sub fide & cura tuto-
rum, sed nacta est matronam piissimam & ho-
nestissimam viduam CATHARINAM
Barnstorffs/ matris fratriam, cui non minori
curæ fuit, quam ipsi matri fuerat, studio forte
majori etiam culta. Post matris obitum, qua
driennio nondum toto, sub hujus matronæ
cura cum vixisset satis commodè, primus hu-
jus anni ineuntis dies novum ei nuntium at-
tulit, de precibus parentum à DEO exaudi-
tis. Ut enim illa mater Argiva voti sui com-
posita, filios morte quasi somno consopi-
tos deprehendit, ita deprehensa sunt ab nu-
tritria curatrice primum indicia febris non ob-
scura: quæ cum altero tertiove die post non
nihil remittere, imo prorsus cedere videretur,
tamen reversa est vehementior, quasi post in-
ducias parū sinceræ, adeo ut præsentem Medico
opus esse videretur. Is accersitus, ut promte
& parate comparuit, ita facile pro sua peritia
deprehendit morbi vehementiam, continuâ,
Epi-


832
Epidemicam, stipatam Symptomatibus gravio-
ribus; quibus corpus alias non satis firmum,
ac validum diu sufficere & substare non pos-
set, itaq; evenit, ut 6. die hujus Januarij paren-
tes voti compotes redderet, atq; animam di-
vinæ providentiæ, curæ & custodiæ commen-
datam, placido vel nullo potius motu, qua-
si in somnum collocata, exhalaret. Gratula-
mur sane & huic virginij placidum finem vitæ
non satis obtabilis, & parentibus eam felicitate-
tem, qua filiam quidem decedentes relique-
runt superstitem, sed & ijs præsijs instructam,
quæ ad vitam honestè degendam sufficerent;
licet simul fragilitatem nostram in ea medi-
tandi, copiam nobis relictam agnoscere de-
beamus, & ut mens sana sit in corpore sano o-
randi. Nondum superavimus pericula, quæ
hactenus imminere nobis visa, nondum præ-
ternavigavimus omnes scopulos, nondum
reddita est Provinciæ sua serenitas, dispulsa
tempestate; Horret adhuc nimbis aer, coeloq;
minari constat hyems: Minas istas nostra jam
piè defuncta non sentit, non intelligit, nihil ijs
turbatur, in portu navigat, imò tranquillam
in sinu Abrahæ quietem capit, & optabili pa-
ren-

823
rentum societate cum gaudio fruitur, sine me-
tu aliquando desiturae beatitatis. Vos Cives
Academici, date hoc officium vestrae caritatis,
primum Christianae professioni, deinde hone-
stissimis hujus defunctae parentibus, deniq;
nostro honori, cujus non nulla pars in hoc fu-
nere curando vertitur. Quidquid ejus fiet
nobis inputandum scitote, qui ut id faciatis, &
hortamur &, si fas est, studiosè rogamus. Ho-
ra prima pomeridiana destinata est deducendo
funeri in aede S. Jacobi. P. P. sub sigillo

Rektoratus Anno M DC XXXIX,
die X. Januarij.



Epidemicam, stipatam Symt
ribus; quibus corpus alias n
ac validum diu sufficere & s
set, itaq; evenit, ut 6. die huj
tes voti compotes redderet,
vinæ providentiæ, curæ & cul
datam, placido vel nullo poti
si in somnum collocata, exha
mur sane & huic virginj placid
non satis obtabilis, & parentib
tem, qua filiam quidem dece
runt supersitem, sed & ijs præsi
quæ ad vitam honestè degend
licet simul fragilitatem nostrat
tandi, copiam nobis relictam
beamus, & ut mens sana sit in ca
randi. Nondum superavimus
hactenus imminere nobis visa,
ternavigavimus omnes scopu
reddita est Provinciæ sua seren
tempestate; Horret adhuc nim
minari constat hyems: Minas ip
piè defuncta non sentit, non int
turbatur, in portu navigat, imò
in sinu Abrahæ quietem capit, &



gravior
imum,
n pos
paren
am di
men
qua
tula
vitæ
icita
ique
am,
rent;
medi
de
o o
quæ
præ
um,
sa
oq;
jam
lijs
m
pa
en

832